2902 ara ex lapide calcareo (Praenestino vel Tiburtino). Rep. Praeneste extra portam Solis *a sinistra della strada per chi esce dalla porta, immediatamente sopra al gruppo di castagni che si scorge al pendio sinistro* HELBIG *bull.* 1864 f. 78 not. Extat Praeneste in horto orphanotrophii (*conservatorio delle orfanelle*) prope aedem S. Hieronymi.

in latere dextro

TVRPENO · PATR
Ç · VATRON | IALIN
L · ORCEVIVS
P R

Descripsi. Primus misit Cicerchia d. 16 Iul. 1862 cum ectypo, unde edidit Mommsen Corp. I p. 562 n. 1541. Mox Henzen *bull. dell' Inst.* 1863 p. 123 recognitam ab Helbigio; Ritschl priscae Lat. epigr. suppl. III (1863/4) p. V cum tab. fig. B (= opp. philol. 4 p. 523 cum tab. XVII fig. B), correxit suppl. IV p. XV (= opp. 4 p. 554); Garrucci syll. n. 1491, qui videtur vidisse.

Ara integra est excepto angulo dextro superiore, qui periit fractura. In vv. 2 et 3 nonnullae litterae damnum passae sunt fortasse rasura, sed vix antiqua, tota periit sola I ex ORCEVIVS. — Quae apud Henzenum et Ritschelium refert Helbigius de parte posteriore arae et de scriptura eius praeter paucas litterarum hastas sublata, vana sunt. — Turpenus pater aliunde non notus est. — Litteras quae leguntur in latere nemo adhuc intellexit; officinatoris notae sunt Garruccio, fortasse recte. ALIN plerique; A·LIN Garruc.

2903 tabula marmorea. Rep. Praeneste ibi ubi n. 2867, extat in eisdem aedibus.

VENERI FORTVN
GENETRICI · R
VIBIA · SECVND
L ·

Descripsi. Cicerchia ms. et in epistula data d. 12 Mai. 1858, unde repetivit Henzen *bull. dell' Inst.* 1858 p. 96. Legitur etiam in actis ministerii pontificii commerciorum.

2 fin. fuit aut R aut B; post eam litteram Cicerchia in epistula (non in exemplo ms. eo quod ipse servat) addidit litteram O fractam, non recte; potest fuisse *r[educi]*.

2904 basis rotunda sive columella marmorea. Rep. Praeneste in canonici Sileri vinearum aliqua CECC. Nunc in villa Frattini.

OFIL/LIA · A · F · SECVND/////
BRVTTIA · C · F · SABINA · CORANI

M · M · D · D

Descripsit de Rossi, recognovi ipse. Cecconi p. 101 (inde Petrini p. 295 n. 6 et p. 383 n. 100).

1 partim consilio abrasus. — 1 fin. SECVNDI Cecc. — 3 *M(atri) m(agnae) d(ono) d(ederunt)?*

2905 parva basis. Praeneste rep. *via della porta del Sole n. 4 A.*

sacrum M
VI S MIL
PR
coh. .. III 7 AQVILLI 5
reuers VS DE EXPEDITIONE
u S L M
imp. l. aur. VERO III ET a. 167
qu ADRATO COS

Ectypum misit Stevenson. Vinc. Cicerchia *bull. dell' Inst.* 1883 p. 187, *notizie degli scavi* 1883 p. 373 cum supplementis Stevensonii, quae retinui excepto v. 1, ubi ille [*Fortunae pri*]*m*[*igeniae*]. Sed haec notatio est contra consuetudinem; certe eodem iure possis cogitare de I·O·M.

Neque litterae dimidiatae in v. 3 neque v. 4 PR in ectypo adparent. — 4 PR litteras postmodum additas esse, inserendas scilicet post numerum cohortis, adnotavit editor. — 5 fin. AQVILI Cic. — 6 ex qua expeditione anno 167 miles cohortis praetoriae redux esse potuerit, vide disputantem Cicerchiam l. c.

2906 cippi duo rotundi ex lapide calcareo Praenestino. Praeneste in vinea Philippi Torzoli *alla strada di S. Rocco* ANON., in Torcioli vinea SVAR. f. 248'. In eadem vinea nunc Scavalli extat *a*; *b* est in villa Frattinia. — Praeterea in eadem vinea olim Torzioli nunc Scavalli vel constat vel verisimile est repertas esse inscriptiones n. 2900. 2915. 2924. 2942. 2945. 2955. 2997. 3012.

a

C · MAGVLNIVS · C · F
SCATO · MAXS
C · SAVFEIVS · C · F
FLACCVS
P R
SACRAVERVNT

b

C · SAVFEIVS · C · F
FLACCVS
C · MAGVLNIVS · C · F
SC*ATO* · MAXS
P R
SACRAVERVNT

Descripsi *a* integrum ea parte quae in terra latebat effossa, *b* quatenus extat; hunc descripserat etiam de Rossi. Primus exhibet sed solum *b* Borghini ms. p. 152. Utrumque exhibent Anonymus Barberinianus f. 243' (inde puto Suaresius Praen. p. 280, qui etiam ipse vidit et principium utriusque cippi enotavit cod. Vat. 9140 f. 248'; ex Suaresii libro Vulpi Lat. 9 p. 175; Pennazza ms.); Olivieri marm. Pisaur. p. 25 a Compagnonio (inde et ex Suaresio Mur. 132, 1); Cecconi p. 24 (inde Petrini p. 294, 1); Chaupy *maison d'Horace* II, 316 solam *b*, sed memorat etiam *a*; Marini ms. Vat. 9127 f. 287. Huius Corp. vol. I n. 1136. 1137; Garrucci syll. 1486. 1487.

L littera in utroque cippo aut nihil aut paulum admodum a recto angulo distat. — *b* 5 PP Chaupy. Saufeii Flacci redeunt infra n. 3001. 3002, Magulnii Scatones ut videtur n. 2990. 3008.

2907 cippulus MET., basis SMET. (ms.), ara marmorea SMET. (ed.). Praeneste in palatio episcopi SMET., ibi ubi n. 2852 MET.

T · MASCLIVS
QVINTVS
SACRVM

Metellus Vat. 6040 f. 43'; Smetius ms. p. 103 (inde Manutius orth. 674, 13), ed. 30, 10 (inde Grut. 76, 5); a Smetio puto Pighius cod. musei f. 28. Suaresius Praen. p. 68 citans 'Treuium in miscellaneis', qui habuit sine dubio ex Smetio ed. Ex Suaresio Vulpi Lat. 9 p. 133. Ex Grut. Cecconi p. 53; Petrini p. 295 n. 4. Interpolavit Ligorius Taur. vol. 11 (inde huius Corp. vol. VI, 696*).

1 MANLIVS (seu MASCLIVS) Suar., MASKILIVS Lig.

2908 fragmentum marmoreum rep. Praeneste anno 1778 *nel sito dell' antico foro* [cf. ad n. 2934].

. . . *a* EDICVLA
SVA
L · IANVAR . . .

Petrini p. 295 n. 5.

Sacram esse nequaquam constat.

2909 Praeneste in viridiario Fantoniorum.

AE AVG
FIOVIA

Bianchini cod. Ver. 353 f. 60.

Sacra potius dedicata fortasse [*Dian*]*ae Aug.*, quam imperatoris alicuius. — 2 noli cogitare de Ioviano.